**0076-0088- SS Anacletus I - Epistola de Oppressione et Laceratione Christianorum**

O93, f. 4ra; N442, f. 19rb; V630, f. 18vb; I83. f. 35ra; VD38, f. 32rb; SG670, p. 40 (49)a; Bcan4, f. 39v

INCIPIT[1] [2] EPISTOLA[3] ANACLETI PAPAE DE[4] OPPRESSIONE ET[5] LACERATIONE CHRISTIANORUM ET, QUOD[6] ECCLESIA NAVI COMPARETUR, ATQUE DE CETERIS IBI[7] INSERTIS[8] OMNIBUS EPISCOPIS DIRECTA[9]. <VD38, f. 32va>

Anacletus[10] servus Christi Iesu in sede apostolica domino serviens episcopis omnibus et ceteris cunctis fidelibus, qui coaequalem vobiscum[11] sortiti[12] sunt fidem, gratia vobis et pax atque consolatio <I83, f. 35rb> multiplicetur[13] a domino in saecula[14].
Benedictus deus et pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regeneravit nos in spem vivam per resurrectionem Christi Iesu ex mortuis in hereditatem <O93, f. 4va> incorruptibilem et incontaminatam[15] et immarcescibilem[16] conservatam in caelis in vobis, qui in virtute dei custodimini[17] per fidem in[18] salutem paratam revelari in tempore <SG670, p. 40 (49)b> novissimo, in quo exultabitis, modicum nunc, si[19] oportet[20] contristari <V630, f. 19ra> in variis[21] temptationibus, ut probatio vestrae fidei multo pretiosior sit auro, quod per ignem probatur, si tamen in tribulationibus experti[22] probati inveniamini. Patientes estote, dilectissimi, quia patientia probationem operatur, probatio[23] vero spem, spes autem non confundit. Ecce agricola exspectat pretiosum fructum[24] terrae patienter ferens, donec accipiat temporaneum[25] et serotinum. Si agricolae haec patienter ferunt pro temporalibus fructibus, quanto magis vos pro aeternis patientes esse debetis? Estote ergo patientes et confirmate corda vestra, ut adveniente <I83, f. 35va> iudice Christo laeti et probati esse valeatis. Nolite ingemiscere in alterutrum, <VD38, f. 32vb> ut non iudicemini. Ecce[26] iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite[27], carissimi, laboris et patientiae prophetas[28], qui locuti sunt <SG670, p. 41 (48)a> in nomine domini. En[29] beatificamus[30], qui sustinuerunt. Sufferentiam[31] Iob audistis et finem domini vidistis, quoniam misericors et miserator est[32] dominus[33].
Tribulationes vestras audivimus, fratres, tam per vestros quam et per aliorum apocrisiarios[34], super quibus valde dolemus vobisque compatimur et auxilium ferre, prout ipse largitus fuerit, qui pro nobis non solum tribulatus[35], sed etiam passus est, parati sumus. Nolite mirari, carissimi, qui persecutiones patimini, quasi novi vobis aliquid contingat, sed communicantes Christi passionibus gaudete, ut[36] et in revelatione gloriae eius gaudeatis exultantes. <N442, f. 19va> Si exprobramini[37] [38] in nomine Christi, beati eritis, quoniam, quod est honoris, gloriae et virtutis dei et[39], quia[40] est eius spiritus, super vos requiescet. Nemo autem vestrum patiatur[41] quasi homicida aut fur aut maledicus aut alienorum appetitor[42], si <I83, f. 35vb> autem ut christianus, non <SG670, p. 41 (48)b> erubescat, glorificet autem deum in isto nomine, quoniam tempus est, ut incipiat[43] iudicium de domo dei. Si autem primum a nobis, quis finis eorum, qui non credunt dei evangelio? Et si iustus vix[44] salvabitur, impius et peccator, ubi parebunt? <VD38, f. 33ra> Itaque et hi, qui patiuntur secundum voluntatem dei, fideli creatori commendant animas suas in benefactis.
Nam[45], ut ait beatus Clemens praedictus[46] antecessor noster, similis[47] [48] est omnis ecclesiae status[49] navi magnae, quae per undosum pelagus[50] diversis e locis et regionibus viros <Bcan4, f. 40r> portat ad unam potentis[51] regni urbem properare cupientes[52]. Sit ergo navis auctor[53] huius dominus ipse omnipotens deus, gubernator vero sit[54] Christus, tunc[55] deinde proretae officium episcopus[56] impleat, presbyteri[57] nautarum, <V630, f. 19rb> diaconi dispensatorum locum teneant, hi, qui catecizant[58], naustologis[59] conferuntur[60]. Epibatis[61] autem toti<SG670, p. 42a>us fraternitatis multitudo sit similis. Ipsum quoque mare hic mundus habeatur. Ventorum[62] vero varietates et turbinum diversis temptationibus conferantur, <I83, f. 36ra> persecutiones, tribulationes sive pericula fluctibus exaequentur[63]. Terreni vero spiritus, qui vel[64] de torrentibus vel convallibus spirant, pseudoprophetarum et seductorum seu pravae doctrinae verba docentur[65], promuntoria vero et loca confragosa hi, qui in potestatibus saeculi[66] sunt iudices et pericula minantur ac mortes[67]. Bithalassa vero loca[68], quae duplicibus[69] undae fallacis aestibus[70] verberantur, dubiis mente et repromissionum[71] veritate[72] nutantibus conferantur atque his, <VD38, f. 33rb> qui irrationabili fidem nostram[73] ratione discutiunt[74]. Hypocritae vero et dolosi piratis similes habeantur[75]. Iam vero rapidus vertex[76] et tartarea carybdis et saxis illisa[77] naufragia ac mortiferae sub<SG670, p. 42b>mersiones, quid aliud aestimanda sunt quam peccata? Restat igitur, ut haec navis cursu[78] prospero tuta possit portum desideratae urbis intrare[79] et ita deo precem fundere, ut navigantes mereantur audiri.
Audivimus[80], fratres, quod quidam[81] detrahunt et accusant sacerdotes dei cupientes eos damnare[82] non intellegentes forsitan, quod <I83, f. 36rb> iniuria[83] sacerdotum ad Christum pertinet, cuius vice funguntur. Nec[84] hoc aspiciunt, quod beatus princeps apostolorum instructor noster ait: Deponentes igitur omnem maliciam et omnem[85] dolum et simulationes et invi<N442, f. 19vb>dias et omnes detractiones, sicut modo geniti infantes rationabiles[86] sine dolo lac concupiscite, ut in eo <O93, f. 4vb> crescatis in salutem. Et dominus per prophetam inquit: Qui vult vitam diligere et videre dies bonos, coerceat linguam suam a malo, et labia eius ne loquantur dolum, <SG670, p. 43a> et cetera[87]. Qui autem ista transgrediuntur, profecto transgressores legis dei et contemptores atque inoboedientes <VD38, f. 33va> eius praeceptis exsistunt. Unde et beatus Iacobus[88] apostolus ait: Si diligitis proximos sicut vosmetipsos[89], bene facitis, si autem personas accipitis, peccatum operamini,

redarguti[90] [91] a lege quasi transgressores, et cetera. Et beati[92] apostoli ac praedecessor[93] noster Clemens, vir apostolicus et spiritu dei plenus, unacum[94] reliquis[95] sanctis collegis[96] [97] suis statuit dicens: Accusandi[98] vel testificandi licentia denegetur, <I83, f. 36va> qui christia<V630, f. 19va>nae religionis et nominis dignitatem et suae legis vel sui propositi[99] normam aut regulariter prohibita neglexerint. Transgressores[100] enim sponte legis suae eiusque violatores apostatae[101] [102] nominantur. Omnis enim apostata[103] refutandus[104] est[105] ante reversionem suam, non[106] in accu<SG670, p. 43b>satione recte agentium aut testimonio suscipiendus, quia vir duplex animo inconstans[107] [108] est in omnibus viis suis. Quicumque[109] autem, ut ait apostolus[110] Iacobus, totam legem servaverit, offendit autem in uno, factus est omnium reus. Qui enim dixit: Non moechaberis, dixit et: non occides. Quod si non moechaberis, occides[111] autem, factus es transgressor legis. Sic loquimini et sic facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari. Iudicium enim sine misericordia illi, qui non fecit[112] misericordiam. Superexaltat[113] autem misericordia[114] iudicio[115], <VD38, f. 33vb> et dominus ait: Nolo mortem peccatoris, <Bcan4, f. 40v> sed ut convertatur et vivat, et multa talia horumque[116] similia. Nemo[117] enim, inquit apostolus, nostrum sibi vivit, et nemo sibi moritur, sive[118] ergo vivimus sive morimur, domini sumus. In <I83, f. 36vb> hoc enim[119] Christus mor<SG670, p. 44a>tuus[120] est[121] et revixit, ut et mortuorum et vivorum dominetur. Tu autem, quid[122] iudicas fratrem tuum, aut tu, quare spernis[123] fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal dei[124]. Scriptum est enim: Vivo ego, dicit dominus, quoniam mihi flectetur[125] omne genu, et omnis lingua confitebitur deo[126]. Itaque[127] unusquisque nostrum pro se rationem reddet deo. Non ergo amplius invicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Scimus enim, quia multum derogatio praevalet, quando derogator[128] creditur fide dignus. Ideo, fratres, variis detractionibus et[129] accusationibus non oportet labefactari[130] iudices et primates ecclesiae, sed magis apostolorum et doctorum regulis informari et roborari. Unde iustum est omnes[131] in[132] universo Romanorum orbe doctores legis ea, quae legis sunt recte sapere et operari[133], et <SG670, p. 44b> non regulas nascentis <N442, f. 20ra> ecclesiae confundi[134], aut fidem ac[135] doctrinam apostolorum variis maculare doctrinis, nec fratres infestare[136]. Si autem omnia in hoc <I83, f. 37ra> saeculo vindicata essent, <VD38, f. 34ra> locum divina iudicia non haberent. Supervacuis[137] enim ad[138] beneficia[139] laborat impendiis, qui[140] solem certat facibus adiuvare[141]. Ideo si aliquis putat[142] deo in hoc placere, quod servos suos[143] accusat et, ut meliores fiant, dicit se hoc agere, in vanum laborat <V630, f. 19vb> et plus invidiae[144] stimulis[145] agitatur[146] [147] quam caritatis, quoniam gratiae plenitudo adiectione non indiget nec ulla[148] requirit commendationis augmenta. Erigit[149] ergo doctores conscientia[150] sua et, si quando incertis temporum[151] flatibus[152] opponuntur, sustinent mala, quae saeculis[153] magis sunt ascribenda quam meritis. Datam[154] enim scimus[155] satanae potestatem, ut servos <SG670, p. 45a> Christi cribraret[156], ut, quod de tritico inveniri[157] possit[158], horreis iungeretur[159] et, quod de paleis[160], ad ignium[161] alimenta transiret[162].

Ad vos specialiter dictum est: Nolite timere pusillus[163] grex[164], complacuit[165] patri[166] vestro dare[167] vobis regnum, venit inter vos gladius perfidorum, ut marcida[168] ecclesiae membra resecaret[169] et ad caelestem gloriam sana[170] perduceret. Quos ha<I83, f. 37rb>beat Christus[171] milites, certamen ostendit, qui triumphum mereantur[172], per bella cognoscuntur[173].

Scimus[174] autem multos ob id infestare[175] doctores, ut eos perdant et propriae voluntatis placita adimpleant. Non propterea tamen doctores, in quantum vires <VD38, f. 34rb> suppetunt[176], a recta aemulatione[177] et bona intentione[178] recedere debent scientes, quia beati, qui persecutionem[179] paciuntur propter iustitiam.

Nihil[180] autem illo[181] est pastore miserius, qui luporum <SG670, p. 45b> laudibus gloriatur. Quibus si[182] placere voluerit atque ab[183] his amari delegerit, erit[184] hinc[185] ovibus magna pernicies[186]. Nullus ergo pastorum[187] placere lupis et gregibus ovium potest. Perdit enim laboris memoriam mens terrenis[188] obligata carceribus. Sicut artium in suo[189] quoque[190] opere[191] invenitur mater instantia, ita noverca eruditionis est neglegentia. Nullus ergo praeiudicium alteri faciat, <O93, f. 5ra> neque, quod sibi fieri non vult, exerceat[192]. Nemo dictum de aliquo inveniet[193], quod in eius[194] actibus non agnoscat. Ego autem labefactatam[195] <I83, f. 37va> non solum quietem meam, sed et salutem inimicorum[196] valetudine et rumorum procellis agnosco. Potens est divinitas immensae[197] tempestatis incerta bono serenitatis amovere. Et quid aliud, si[198] Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, <SG670, p. 46a> ut[199] sequamur[200] vestigia eius, <Bcan4, f. 41r> et apostoli passi sunt, sequentes eius exemplum et reliqui patres, nisi ut sequamur tam doctrinam eorum quam et exemplum, et patiamur adversa pro Christo, et cum patribus atque cum fratribus crucem portemus eorumque tribulationibus compatiamur, ut Christi veri discipuli inveniamur, qui dixit: <VD38, f. 34va> Qui vult venire post me, abneget semet<N442, f. 20rb>ipsum et tollat <V630, f. 20ra> crucem suam et sequatur me, et reliqua. Praesumptio[201] est, si dominorum beneficia[202] famuli non sequantur. Obsequium ergo aestimandum[203] puto, quod pariturus[204] impendo. Quid est enim[205], quod plus creditur filii vocabulum[206] valere quam obsequium? Et non quaeritur, quid in[207] amoris lance promoveas[208], sed quale <I83, f. 37vb> ad praeiudicium aestimanti[209] nomen opponas, cum apud prudentes frustra <SG670, p. 46b> sobolem[210] dicimus, nisi exhibeat, quod vocatur[211]. Ego vero nolo[212] errore meo alienas culpas asserere[213], ut[214] factum[215], quod[216] doleo, admisisse[217] convincar. Odisti, inquit dominus[218] per prophetam, omnes operantes iniquitatem, perdes loquentes mendacium. Virum sanguinum et dolosum abominabitur dominus, ego autem in multitudine misericordiae tuae[219] introibo in domum tuam adoraboque[220] in templo sancto tuo in timore tuo. Domine[221], deduc me in iustitia tua propter inimicos[222] meos, dirige ante faciem meam viam tuam, non est[223] in ore eorum rectum, interiora eorum insidiae, sepulchrum patens[224] guttur eorum, linguam suam lenificant[225] [226].

Condemna eos, deus, decidant a consiliis suis, iuxta multitudinem[227] scelerum eorum[228] [229] expelle eos, quoniam provocaverunt[230] te[231]. Et laetentur omnes, qui sperant in te, in saeculum laudabunt[232]. <VD38, f. 34vb> Et proteges eos, et laetabuntur in te, qui diligunt <SG670, p. 47a> nomen tuum, quia[233] tu benedicis[234] iusto. Domine, ut[235] hasta placabilitatis coronabis eum. <I83, f. 38ra> Deo[236] enim perfecte sacrificantes non debent vexari, sed portari[237], consolari atque ab omnibus venerari.

Ipsi autem, quando domino sacrificant, non soli hoc agere debent, sed testes secum[238] adhibeant, ut domino perfecte in sacratis deo sacrificare locis probentur. Ait namque auctoritas legis divinae: Vide, ne offeras[239] holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in loco, quem elegerit[240] dominus deus tuus.

Episcopus[241] [242] [243] deo sacrificans testes[244], ut[245] praefixum[246] est, secum habeat et plures quam alius[247] sacerdos. Sicut[248] enim maioris[249] honoris gradu fruitur[250] [251], sic maioris testimonii[252] incrementatione[253] indiget. In sollemnioribus quippe diebus aut septem aut quinque aut tres diaconos, qui eius oculi dicuntur, et subdiaconos atque reliquos ministros secum habeat, qui sacris induti ves<SG670, p. 47b>timentis in fronte[254] et a tergo et[255] presbyteri e[256] regione dextra levaque[257], contrito corde <V630, f. 20rb> et humiliato spiritu[258] ac prono[259] stent vultu custodientes eum a malivolis hominibus et consensum eius praebeant sacrificio. Peracta[260] autem consecratione omnes communi<I83, f. 38rb>cent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. <VD38, f. 35ra> Sic[261] enim et apostoli statuerunt et[262] sancta Romana tenet ecclesia.

Servite, inquit dominus[263] [264] per prophetam[265] David, in timore et exultate[266] ei in[267] tremore, <N442, f. 20va> adorate pure, ne forte irascatur et pereatis de via. Ille enim non[268] perit[269] de via, qui recte graditur et praecepta custodit maiorum. Doceri[270] ergo omnes oportet, qui domini sacerdotio funguntur, ut et[271] ceteros instruant[272] et sibi proficiant. Scriptum est autem: Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, et qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates. Et alibi: <SG670, p. 48a> Populus autem sciens deum suum obtinebit et faciet, et docti in populo docebunt plurimos[273]. Ipsa enim <Bcan4, f. 41v> veritas per se infert et dicit: Beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Ille procul dubio scandalizatus[274] est in deum, qui recte[275] non docet, et qui eius scandalizat episcopum vel sacerdotem. Impie namque agen<I83, f. 38va>tes sunt impii, neque intellegent[276] omnes impii, porro docti intellegent[277]. Omnes enim in[278] invicem humilitatem insinuate, quia deus superbis resistit, humilibus[279] dat gratiam. Nolite, inquit Ioannes apostolus, omni[280] spiritui[281] credere, sed probate spiritus, si ex deo sunt, quoniam pseudoprophetae exierunt in mundum. <VD38, f. 35rb> Et idem ipse alibi ait: Vos, quod[282] audistis ab initio, in vobis permaneat, si in vobis permanserit, quod ab initio audistis, et vos in filio et patre manebitis. Et haec est repromissio[283], <O93, f. 5rb> quam ipse pollicitus[284] [285] est nobis, vita aeter<SG670, p. 48b>na[286]. Haec scripsi vobis de his, qui seducunt[287] vos. Et vos unctionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis[288], ut aliquis doceat vos, sed sicut unctio eius docet vos de omnibus, et verum est, et[289] non est mendacium, et sicut docuit vos, manete in eo. Et nunc, filioli, manete in eo et[290], cum apparuerit, habemus[291] fiduciam, et[292] non confundamur ab eo in adventu eius. Scitis, quoniam iustus est, scitote, quoniam et omnis[293], qui facit iustitiam[294], <I83, f. 38vb> ex ipso natus est. Videte, qualem caritatem dedit nobis pater, ut filii dei nominemur et simus[295]. Propter hoc mundus non novit nos, quia non novit eum. Carissimi, nunc filii dei sumus et nondum apparuit, quid[296] erimus. Scimus, quoniam, cum <V630, f. 20va> apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est. Et omnis, qui habet spem hanc in eo, sanctificat se, sicut et ille sanctus est. Omnis, qui facit peccatum, <SG670, p. 49a> et iniquitatem facit, et peccatum est iniquitas. Et scitis, quia ille apparuit, ut peccata tolleret, et peccatum in eo non est. Omnis, qui in eo[297] <VD38, f. 35va> manet, non peccat[298], et omnis, qui peccat, non vidit eum nec cognovit eum. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est, sicut et ille iustus[299] est. Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei, ut dissolvat[300] opera diaboli. Omnis, qui natus est ex deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, et non potest peccare, quoniam ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filii dei et filii diaboli. Omnis[301], qui non est iustus, <I83, f. 39ra> non est de[302] deo et, qui non diligit fratrem suum, quoniam haec est annuntiatio, quam audistis ab i<N442, f. 20vb>nitio, ut diligamus alterutrum, non sicut Cain, qui ex maligno <SG670, p. 49b> erat et occidit fratrem suum, et propter hoc occidit eum, quoniam opera eius maligna erant[303], fratris autem[304] eius[305] iusta. Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus. Nos scimus, quoniam translati sumus de morte in[306] vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quia[307] omnis homicida non habet vitam aeternam in semetipso[308] manentem. In hoc cognovimus caritatem dei, quoniam[309] ille pro nobis animam suam posuit, et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam[310] mundi et viderit fratrem <VD38, f. 35vb> suum[311] necessitatem[312] habere et clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas dei manet in eo? Filioli[313], non diligamus verbo nec[314] lingua, sed opere et veritate. In hoc cognoscimus[315], quoniam ex veritate sumus, et in conspectu eius suademus corda nostra, quoniam, <SG670, p. 50a> si repraehenderit nos cor[316], maior est deus corde nostro, et no<I83, f. 39rb>vit omnia. Carissimi, si cor nostrum[317] repraehenderit nos, fiduciam habemus ad[318] deum, et quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus[319] et ea, quae sunt placita coram eo, facimus. Et hoc est mandatum eius[320], ut credamus in nomine filii eius Iesu Christi et diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis[321]. Et qui servat mandata eius, in illo manet et ipse in eo, et in hoc[322] scimus[323], quoniam <V630, f. 20vb> manet in nobis de spiritu, quem dedit nobis[324].

<Bcan4, f. 42r> Et[325] sicut deus creator, qui hominem ad[326] similitudinem suam creavit[327], est[328] caritas, est[329] bonus, iustus, patiens atque mitis et misericors, et cetera virtutum sanctarum insignia[330], quae de eo leguntur. Ita homo creatus est, ut caritatem haberet, ut bonus esset[331] et iustus, ut[332] patiens atque mitis[333], mundus et miseri<SG670, p. 50b>cors foret[334]. Quas virtutes, quanto plus quisque[335] in seipso habet, tanto pro<VD38, f. 36ra>pius[336] est deo et maior est[337] ac[338] sui conditoris gerit[339] [340] similitudinem. Si vero, quod absit, aliquis per devia[341] vitiorum et divortia[342] criminum ab hac nobilissima sui con<I83, f. 39va>ditoris[343] similitudine[344] degener[345] [346] oberrat, tunc fiet de eo, quod scriptum est: Et homo, cum in honore esset, non intellexit[347], comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. Qui[348] maior honor potuit[349] homini esse, quam ut ad similitudinem sui factoris conderetur[350] et eisdem virtutum vestimentis ornaretur, quibus et conditor, de quo legitur: Dominus regnavit, decore indutus[351] est, id est omnium virtutum splendore et totius bonitatis decore ornatus, vel quod maius homini[352] potest esse dede<SG670, p. 51a>cus[353] [354] aut infelicior[355] miseria, quam ut hac similitudinis gloria sui conditoris amissa[356] ad informem[357] et irrationabilem brutorum iumentorum delabitur[358] [359] similitudinem? Quapropter quisque diligentius attendat primae condicionis suae excellentiam[360] et venerandam[361] sanctae trinitatis in seipso imaginem[362] agnoscat <O93, f. 5va> honoremque similitudinis divinae, ad <N442, f. 21ra> quem[363] creatus est, nobilitate[364] [365] morum[366], exsecratio[367] virtutum, dignitatem[368] <I83, f. 39vb> meritorum habere contendat, ut, quando apparuerit, qualis sit, tunc similis[369] <VD38, f. 36rb>ei appareat, qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, mirabiliusque in secundo reformavit[370]. Omnis igitur homo, qui ad imaginem dei factus est[371], illum debet imitari, cuius ad[372] imaginem conditus est, illius debet sequi vestigia, qui eum ad imaginem sui[373] condidit.

Consiliarium vero ac protectorem melius[374] repperiri[375] [376] non poterit quam illum, qui eum ad imaginem sui[377] condidit, <SG670, p. 51b> qui eum pretioso sanguine suo redemit, et propter eum homo fieri non est dedignatus, quem procul dubio inveniet, si in eum totam spem suam iuxta psalmistae vocem proiecerit. Ait namque: Proice[378] super dominum caritatem[379] tuam, et ipse te enutriet nec dabit in aeternum fluctuationem iusto. Omnis[380] enim homo in[381] sua causa[382] deficiens et in[383] suis hesitans[384] [385] consiliis quaerit sibi amicum fidelem, in cuius consiliis confidat, qui in suis[386] diffidebat, et talem <V630, f. 21ra> fiduciam habet in illo, ut omne secretum <I83, f. 40ra> sui pectoris[387] ei pandat et aperiat. Quid dulcius est, quam habeas[388] illum, cum quo omnia possis loqui ut tecum? Si ista cum hominibus fiunt, quanto magis cum deo hoc est agendum, qui[389] omnes[390] vult salvos fieri et neminem[391] perire? Nam si veraciter[392] deum credimus eumque diligi<SG670, p. 52a>mus, ut debemus, <VD38, f. 36va> et proximos sicut nosmetipsos, in eumque totam spem proiecerimus nostram, ipse nos eripiet et consolabitur. Et, sicut per angelum suum Habacuc prophetam cum prandiis in lacum leonum ad Danielem vatem[393] misit, et Philippum, unum de septem diaconibus, ad eunuchum, ita dabit vobis liberationem et consolationem.

Haec sectamini[394], carissimi, et nulli umquam nocete. Fratres estis[395], invicem vos diligite, ut veri domini discipuli dici[396] et[397] effici mereamini. Nam[398] qui rancida[399] corda virorum[400] inficit[401], maliciam inter homines spargit. Et[402] qui detrahit fratrem[403] suum, homicida est.

Et qui abstulerit[404] aliquid patri vel matri, dicitque[405] hoc peccatum <Bcan4, f. 42v> non esse[406], homicidae particeps <I83, f. 40rb> est. Pater noster sine dubio deus[407] est, qui nos creavit, mater vero[408] nostra ecclesia, quae nos[409] in baptis<SG670, p. 52b>mo spiritaliter regeneravit. Ergo qui Christi[410] pecunias et ecclesiae rapit, aufert[411] vel fraudat, homicida est, atque homicida ante conspectum[412] iusti[413] iudicis esse deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur, qui autem pecuniam[414] vel res ecclesiae abstulerit, sacrilegium facit.

Privilegia[415] enim ecclesiarum et sacerdotum sancti apostoli iussu salvatoris intemerata[416] et inviolata aevis[417] decreverunt[418] <VD38, f. 36vb> manere temporibus. Leges ecclesiae apostolica firmamus auctoritate et peregrina[419] iudicia submovemus. Unde <N442, f. 21rb> et dominus[420] mentionem faciens Loth per Moysen loquitur dicens: Ingressus es[421], quidam[422] inquiunt, ut advena, numquid ut iudices[423]?

Unaquaeque enim[424] provincia tam iuxta ecclesiasticas quam iuxta saeculi leges suos debet iustos et non iniquos habere iudices, et non externos[425], nisi <SG670, p. 53a> apostolicae huius sedis decreverit auctoritas[426], quatenus, quicumque causam habuerit apud suos[427] iudices iudicetur[428], et non ad[429] alienos causa vagan<I83, f. 40va>di stimulante[430] protervia[431] [432] [433] suam despiciens patriam transeat, sed ad[434] duodecim eiusdem provinciae iudices, ad quorum iudicium[435] omnes causae civitatum referuntur, deferatur[436] negotium. Si[437] autem fuerit ecclesiasticum apud episcopos interveniente primate, si[438] maior causa fuerit, si[439] vero minor, <V630, f. 21rb> metropolitano. Si vero fuerit saeculare, apud eiusdem ordinis viros[440] iudicio tamen episcoporum, cum apostolus[441] privatorum christianorum causas magis ad[442] ecclesias[443] deferri <VD38, f. 37ra> et ibidem sacerdotali[444] iudicio terminari voluit. Omnis enim oppressus libere sacerdotum, si voluerit, appellet iudicium et a nullo prohibeatur, sed ab[445] his fulciatur[446] et liberetur. Si autem difficiles causae aut maiora negotia orta fuerint, <SG670, p. 53b> ad maiorem sedem referantur, et si illic facile discerni[447] non poterint[448] aut iuste terminari, ubi fuerit[449] summorum congregatio congregata, quod per singulos annos bis[450] fieri solet et debet, iuste et deo placite coram patriarcha aut primate ecclesiastica[451] et coram patri<O93, f. 5vb>cio saecularia[452] iudicentur negotia in commune. Quod[453] si difficiliores ortae fuerint quaestiones aut episcoporum[454] vel maiorum iudicia aut maiores <I83, f. 40vb> causae fuerint, ad[455] sedem apostolicam, si appellatum[456] fuerit, referantur, quoniam hoc apostoli statuerunt[457] iussione salvatoris, ut maiores et difficiliores quaestiones semper ad sedem deferantur[458] apostolicam, super quam Christus universam

construxit ecclesiam, dicente[459] ipso ad beatum principem apostolorum Petrum: Tu es, inquit, Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et reliqua.

Sit ergo, <VD38, f. 37rb> fratres, constantia vestra adversus <SG670, p. 54a> contentiones eorum, qui adversa sapiunt, et non, quae dei sunt[460], et erit fortior petra constantia vestra, sicut scriptum est: Ne timueritis[461] ab eis, neque terreamini a facie eorum, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Quod autem in aure[462] auditis, praedicate in lumine illum timentes, qui potest animam et corpus occidere et mittere <N442, f. 21va> in gehennam. Fratres mei, in carne enim[463] ambulantes non secundum carnem militamus. Arma enim militiae nostrae non carnalia, sed potentia deo ad destructionem munitionum consilia destruentes et omnem exaltationem extollentem se adversus[464] scientiam dei, et in captivitatem redigentes[465] omnem <I83, f. 41ra> cogitationem in obsequium Christo[466] perducentes[467].

De cetero, fratres, confortamini <Bcan4, f. 43r> in domino et in potentia fortitudinis eius, ut[468] pax vobis multa et gratia[469] a deo et domino nostro Iesu Christo ministretur. Amplectimur[470] [471] et osculamur ac, si praesentes cari<SG670, p. 54b>tatem vestram in unitate spiritus[472], in vinculo pacis et caritatis Christi. Propter quod, carissimi, exspectantes satagite[473] immaculati <VD38, f. 37va> et inviolati[474] inveniri in pace et domini nostri longanimitatem[475] salutem arbitramini. Sicut et carissimus frater noster <V630, f. 21va> Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis[476], et[477] sicut in[478] omnibus epistolis loquens in eis de his, in quibus sunt quaedam difficilia intellectu, quae[479] indocti et instabiles depravant[480] sicut[481] et[482] ceteras scripturas[483] ad suam perditionem. Vos autem[484] igitur, fratres, praescientes custodite, ne insipientium errore transducti excidatis[485] a[486] propria firmitate. Crescite vero in gratia et[487] cognitione domini nostri[488] Iesu Christi et salvatoris. Vos autem, carissimi, memores estote verborum, quae praedicta sunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illusores[489] secundum sua desideria ambulantes[490] impietatum[491]. Hi sunt, qui segregant semetipsos, anima<SG670, p. 55a>les, <I83, f. 41rb> spiritum non habentes, vos autem, carissimi, superaedificantes vosmetipsos sanctissimae vestrae fidei in spiritu sancto orantes. Ipsos[492] vos in dilectione dei servate exspectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in vitam aeternam. Et hos quidem arguite[493] iudicatos[494], illos vero salvate[495] de igne rapientes. Aliis[496] autem miseremini in timore odientes eam, quae carnalis est, maculatam tunicam[497]. Ei autem, qui potens est vos conservare sine peccato et constituere ante conspectum gloriae suae immaculatos in[498] exultatione, soli deo salvatori nostro per Iesum Christum dominum nostrum gloria, magnificentia et imperium et potestas ante omnia saecula et nunc et in omnia saecula saeculorum. Amen.

O93, f. 5va; N442, f. 21va; V640, f. 21va; I83, f. 41 rb; VD38, f. 37vb; SG670, p. 55a; Bcan4, f. 43r

1 INCIPIT *fehlt SG670*
2 INCIPIT EPISTOLA] DECRETA *V630;* INCIPIUNT EPISTOLAE *VD38*
3 EPISTOLA] EPISTOLA SANCTI *SG670*
4 DE OPPRESSIONE ET LACERATIONE CHRISTIANORUM ET, QUOD ECCLESIA NAVI COMPARETUR, ATQUE DE CETERIS IBI INSERTIS OMNIBUS EPISCOPIS DIRECTA] QUOD NON SINT VITUPERANDI SACERDOTES et de unitate trinitatis (SACERDOTES et de unitate trinitatis *korr. aus* SACERDOTES *SG670*) EX NOVO ET VETERI TESTAMENTO VEL TRADITIONE PATRUM COMPILATA *SG670*
5 ET LACERATIONE *fehlt V630*
6 QUOD ECCLESIA NAVI COMPARETUR, ATQUE DE CETERIS IBI INSERTIS OMNIBUS EPISCOPIS DIRECTA] ET DE ACCUSATIONE EPISCOPI ET DE ORDINATIONE ARCHIEPISCOPORUM ET CETERORUM ET DE PRIMATIBUS ET DE PATRIARCHIS EORUMQUE MINISTERIO *V630*
7 INIBI VD38
8 INSERTI NEGOTIIS *I83;* INSERTIS NEGOTIIS *VD38; Bcan4*
9 SCRIPTA *I83; VD38; Bcan4*
10 *am Rande* I *Bcan4*
11 nobiscum *V630; SG670*
12 sortiti *korr. aus* sorti *I83*
13 multiplicentur *SG670*
14 aecclesia *SG670*
15 incontaminata *I83;* incotaminatam *VD38*
16 inmarcessibilem *SG670; Bcan4*
17 custodimini *korr. aus* costodimini *SG670*
18 in *korr. aus* et *SG670*
19 Si *korr. aus* Sicut *SG670*
20 oportet] oportet in *I83*
21 variis *korr. aus* varias *V630*
22 *am Rande* cogniti perseverantes *VD38*
23 Probati *VD38*

24 fructum terrae] terrae fructum *korr. aus* terrae *N442*
25 temporivum *SG670*
26 Ecce] ecce enim *SG670*
27 accipite] a capite *O93;* accipite *korr. aus* a capite *N442;* capite *I83; VD38; Bcan4*
28 prophetas] a prophetis *korr. aus* prophetas *Bcan4*
29 Etenim *SG670*
30 beatificamus] beatificamus eos *SG670*
31 *am Rande* pacientiam *VD38*
32 est dominus] dominus est *V630*
33 dominus *fehlt I83; Bcan4;* deus *SG670*
34 *am Rande* responsales sive legatos *VD38*
35 tribulatio *I83;* tribulatus *korr. aus* tribulatio *Bcan4*
36 ut et *korr. aus* ut *O93*
37 *am Rande* conviciamini *VD38*
38 exprobamini *N442; I83*
39 *am Rande* et quieti *SG670*
40 qui *V630; SG670*
41 patitur *SG670*
42 *am Rande* desiderator *VD38*
43 incipiat iudicium *korr. aus* incipiat *N442*
44 vis *Bcan4*
45 *am Rande* II *Bcan4*
46 praedictus *fehlt I83; SG670; Bcan4*
47 *am Rande* pulchra et utilis comparatio *SG670*
48 Similis *korr. aus* Similes *SG670*
49 statutus *VD38;* status *korr. aus* fretum *SG670*
50 pelagum *I83*
51 potentis regni *korr. aus* potentis *Bcan4*
52 cupientis *V630*
53 auctor *korr. aus* actor *O93*
54 sit *korr. aus* si *N442*
55 tum *I83; VD38; SG670; Bcan4*
56 episcopus *korr. aus* episcopatus *SG670*
57 Presbyter *O93*
58 catecizant *korr. aus* catezizant *SG670;* catethicizant *Bcan4*
59 nautologis *korr. aus* nautolegis *V630;* nautologis *korr. aus* naustolongis *SG670*
60 conferantur *I83; Bcan4;* conferantur *korr. aus* conferatur *SG670*
61 Epibates *korr. aus* Epibatis *V630;* Epipatis *SG670*
62 Venturum *Bcan4*
63 exsequentur *N442; I83; Bcan4*
64 vel *fehlt N442; I83; VD38; SG670; Bcan4*
65 docentes *SG670*
66 saeculi sunt] sunt sęculi *SG670*
67 mortes *korr. aus* mortales *V630*
68 loca *fehlt SG670*
69 duplicibus *korr. aus* depi dicibus *SG670*
70 testibus *I83*
71 repromissionum] de promissionum *korr. aus* repromissionum *SG670*
72 veritate *fehlt V630*
73 nostram *korr. aus* vestram *Bcan4*
74 discutiunt *korr. aus* discutiuntur *I83*
75 habeantur *korr. aus* habeatur *SG670*
76 vortex *SG670*
77 inlixa *VD38*
78 curso *I83;* cursu *korr. aus* curso *Bcan4*
79 intrare et] intrare *korr. aus* intrare Et *SG670*
80 *am Rande* De accusatoribus episcoporum *VD38: am Rande* III *Bcan4*
81 quidam] quidam et *SG670*
82 damnari *V630; N442; I83; SG670; Bcan4*
83 iniuriam *I83*

84 Nec *korr. aus* Ne *N442; Bcan4;* Ne *I83*
85 omnem *korr. aus* omne *Bcan4*
86 rationabile *O93*
87 ceterum *I83*
88 Iacobus *fehlt SG670*
89 vosmetipsos *korr. aus* metipsos *V630*
90 *am Rande* reprehensi *VD38*
91 redarguo *Bcan4*
92 beati apostoli] beatus *V630;* beati apostoli successor *korr. aus* beati apostoli *Bcan4*
93 precessor, *interlinear* successor *VD38;* precessor *SG670*
94 cum- *SG670*
95 reliquis *korr. aus* reliquus *V630*
96 *am Rande* consociis et fratribus *VD38*
97 collegis *korr. aus* collectis *SG670*
98 Accusanti *Bcan4*
99 praepositi *I83; VD38; Bcan4*
100 *am Rande* IIII *Bcan4*
101 *am Rande* recedens *V630*
102 testatę *Bcan4*
103 *interlinear* refuga *VD38*
104 *interlinear* resecandus *VD38*
105 est] est et *SG670*
106 non in *korr. aus* non *SG670*
107 *am Rande* instabilis *VD38*
108 inconstans *korr. aus* inconstan *O93*
109 *am Rande* V *Bcan4*
110 apostolus Iacobus] iacobus apostolus *V630*
111 occidas *korr. aus* occides *N442*
112 facit *Bcan4*
113 Superexaltet *V630; I83; VD38; SG670; Bcan4*
114 misericordiam *V630; SG670*
115 iudicium *VD38*
116 eorumque *Bcan4*
117 Nemo *korr. aus* Ne *N442*
118 Sive *korr. aus* Si *Bcan4*
119 ergo *V630*
120 mortuus est *korr. aus* mortuus *Bcan4*
121 est *fehlt I83*
122 quid] quis es qui *korr. aus* qui *V630;* quid *korr. aus* qui *SG670*
123 *am Rande* despicis *VD38*
124 christi *SG670*
125 flectet *O93; N442; I83*
126 domino *V630*
127 Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet deo *fehlt SG670*
128 *am Rande* detractor *VD38*
129 et accusationibus *fehlt I83; VD38; SG670; Bcan4*
130 *am Rande* corruere infirmari sive corrumpi *VD38*
131 omnes *korr. aus* omnis *N442;* omnis *I83*
132 in *fehlt VD38*
133 operari *korr. aus* operare *O93*
134 confundere, *am Rande* conturbare *VD38;* confundere *SG670;* confundere *korr. aus* confundi *Bcan4*
135 aut *V630; N442*
136 *am Rande* corrumpere sive commovere ad iracundiam concitare *VD38*
137 *interlinear* superfluis *VD38*
138 a *Bcan4*
139 beneficiam *I83*
140 qui *korr. aus* quid *Bcan4*
141 adiuvare *korr. aus* adiudicare *SG670*
142 putat] putat se *korr. aus* putat *SG670;* putat *korr. aus* utat *Bcan4*
143 eius *korr. aus* suos *SG670*

144 invidiae stimulis] invidia aestimulis *O93*
145 *am Rande* punctionibus *VD38*
146 *am Rande* commovetur *VD38*
147 agitur *SG670*
148 ullae *N442; VD38;* ultra *Bcan4*
149 Erigunt *V630*
150 conscientia sua] conscientiam suam *V630*
151 temporum] temporum usque hic *VD38*
152 aetatibus *V630*
153 sanctis *I83; VD38; SG670; Bcan4*
154 *am Rande* VII *Bcan4*
155 scimus satanae] satanę scimus *SG670*
156 cribraret *korr. aus* cribaret *Bcan4*
157 invenire *I83; VD38*
158 posset *V630; I83*
159 ingereretur *V630*
160 his *SG670*
161 ignium *korr. aus* dignium *Bcan4*
162 transirent *SG670*
163 *am Rande* parvus *VD38*
164 grex] grex quia *korr. aus* grex *V630; Bcan4;* grex quoniam *korr. aus* grex *N442;* grex] grex quia *VD38; SG670*
165 quoniam complacuit *korr. aus* complacuit *N442*
166 patri *korr. aus* patre *O93; N442*
167 dare vobis] vobis dare *I83*
168 marcidae *V630*
169 *am Rande* abscideret *VD38*
170 sanam *Bcan4*
171 Christi *I83*
172 mereantur *korr. aus* mereatur *V630*
173 cognoscuntur *korr. aus* cognoscantur *V630;* cognoscunt *I83; Bcan4;* cognoscuntur *fehlt SG670*
174 *am Rande* abhinc *VD38*
175 *am Rande* persequi *VD38*
176 *am Rande* opitulantur adiuvant *VD38*
177 *interlinear* desiderio *VD38*
178 intentione *korr. aus* intentio *V630*
179 persecutione *I83*
180 *am Rande* VIII *Bcan4*
181 illo est *fehlt SG670*
182 sibi *I83;* si *korr. aus* sibi *Bcan4*
183 ab his amari] amari ab his *Bcan4*
184 erit *korr. aus* erint *V630*
185 hic *VD38;* in *Bcan4*
186 perneties *SG670*
187 pastori *I83;* pastor *VD38; SG670;* pastor *korr. aus* pastori *Bcan4*
188 terrenis *korr. aus* terre *O93*
189 sua *VD38*
190 quaeque *O93; SG670;* quaeque *korr. aus* quaque *VD38*
191 opera *VD38*
192 *am Rande* agat *VD38*
193 inveniat *I83; SG670*
194 suis *korr. aus* eius *O93*
195 labefactatam *korr. aus* labefactam *V630;* labefactatam] labefacta tamen *VD38*
196 iniquorum *SG670*
197 inmensa *V630*
198 si *fehlt SG670*
199 ut sequamur vestigia eius, et apostoli passi sunt, sequentes eius exemplum *fehlt VD38*
200 sequamini *SG670*
201 Praesumptior *N442*
202 beneficia *korr. aus* beneficio *Bcan4*

203 extimandum *Bcan4*
204 *am Rande* oboediturus *VD38; am Rande* vel modo facturus *SG670*
205 hoc *SG670*
206 vocabulum *korr. aus* vocabulo *I83*
207 *am Rande* in amoris pondere sive statera *VD38*
208 promoveas *korr. aus* promoas *SG670*
209 estimandi *Bcan4*
210 sobolem *korr. aus* solem *SG670*
211 vocaturi *VD38*
212 nolo *korr. aus* non *V630;* volo *SG670*
213 *am Rande* approbare *VD38*
214 *interlinear* vel cum *SG670*
215 factum quod *korr. aus* factum *O93;* factum quod] quod factum *VD38;* quod factum *korr. aus* factum *Bcan4*
216 quod *fehlt N442; I83*
217 amisisse, *interlinear* vel ad *SG670*
218 dominus per *korr. aus* dominus *SG670*
219 tuae introibo in domum tuam adoraboque in templo sancto tuo in timore tuo *korr. aus* tuę *SG670*
220 adorabo *VD38;* adoraboque *korr. aus* adorabo *SG670*
221 *Vor* Domine *Rubrik:* DECANTORES, *interlinear* ibus *V630*
222 decantatores *V630*
223 est] est enim *V630*
224 patens] patens est *I83; SG670; Bcan4*
225 *am Rande* hoc est blande locuntur *VD38*
226 laenificam *V630*
227 multitudine *O93*
228 ea *O93*
229 eorum] eorum et *SG670*
230 procaverunt *VD38*
231 te] te domine *I83*
232 laudabunt] laudabunt te *SG670;* laudabunt te *korr. aus* laudabunt *Bcan4*
233 quoniam *V630*
234 benedices *VD38;* benedices *korr. aus* benedicis *Bcan4*
235 *interlinear* vide dissonantiam interpretum *SG670*
236 *am Rande* VIIII *Bcan4*
237 portare *I83*
238 secum adhibeant, ut domino perfecte in sacratis deo sacrificare locis *fehlt I83*
239 offeras *korr. aus* aufferas *Bcan4*
240 elegit *SG670*
241 *am Rande* X *Bcan4*
242 *Vor* Episcopus *Rubrik:* DE EPISCOPO MISSA CAELEBRANTIBUS EIUSQUE MINISTRIS *V630*
243 Episcopus] Episcopus veru *korr. aus* Episcopus *SG670*
244 testes *fehlt VD38*
245 ut *fehlt I83*
246 *am Rande* ante confirmatum est *VD38*
247 alius *korr. aus* alios *SG670*
248 Sicut *korr. aus* Sic *N442*
249 maioris honoris gradu] maioribus honoris gradibus *SG670*
250 *am Rande* utitur *VD38*
251 fungitur *SG670*
252 testimonii] testimonio in *korr. aus* testimonio *SG670*
253 *am Rande* augmentatione perfectione *VD38*
254 fronte] fronte eius *korr. aus* fronte *SG670*
255 et *fehlt I83*
256 *interlinear* a latere et contra *VD38*
257 *am Rande* sinistra *VD38*
258 spiritu *fehlt SG670*
259 *am Rande* inclinato *VD38*
260 *am Rande* Quod omnes ministri altaris communicare debeant *VD38; am Rande* XI *Bcan4*
261 *am Rande* Mentio canonum apostolorum *N442*
262 ut *VD38*

263 domino *VD38*
264 dominus per prophetam] domino propheta *korr. aus* domino per proheta *SG670*
265 propheta *SG670*
266 exaltate *V630; N442*
267 cum *I83; SG670; Bcan4*
268 *am Rande* non recedit *VD38*
269 praeterit *VD38*
270 *am Rande* XII *Bcan4*
271 et *fehlt V630*
272 instruant *korr. aus* instruunt *SG670*
273 multos *I83; VD38; SG670; Bcan4*
274 scandalizatus est] scandalizatur *SG670*
275 recta *SG670*
276 intellegentes *VD38;* intellegentes *korr. aus* intellegent *Bcan4*
277 intellegunt *korr. aus* intellegent *V630*
278 in *fehlt V630*
279 humilibus] humilibus autem *V630; SG670; Bcan4*
280 omni *korr. aus* omnis *Bcan4*
281 spiritui *korr. aus* spiritu *N442*
282 quod *korr. aus* qd *SG670*
283 repromissio] ab initio *V630*
284 *am Rande* promisit *VD38*
285 pollicitus *korr. aus* pollutus *N442*
286 aeterna *korr. aus* aena *SG670*
287 *am Rande* decipiunt *VD38*
288 habeatis *N442*
289 et *fehlt V630*
290 ut *V630; SG670*
291 habeamus *V630; I83; SG670; Bcan4*
292 ut *VD38;* ut *korr. aus* et *Bcan4*
293 omnis *korr. aus* omnes *VD38; Bcan4*
294 iustitia *O93*
295 scimus *I83; VD38; Bcan4*
296 quod *V630*
297 eo] eo non *I83*
298 peccat et *korr. aus* peccat *VD38*
299 iustus *korr. aus* iustu *SG670*
300 *am Rande* disrumpat disperdat *VD38*
301 Omnis] Omnis enim *VD38*
302 ex *I83; VD38; SG670; Bcan4*
303 erant *korr. aus* erat *Bcan4*
304 autem eius *korr. aus* autem *SG670*
305 eius *fehlt V630*
306 ad *V630; Bcan4*
307 quia *korr. aus* quoa *V630;* quoniam *I83; VD38; SG670; Bcan4*
308 se *I83; VD38; SG670; Bcan4*
309 quoniam *korr. aus* quoniam ut *SG670*
310 suatantia *O93*
311 suum *fehlt VD38*
312 necesse *Bcan4*
313 Filioli] Filioli mei *VD38; Bcan4*
314 neque *V630; I83; VD38; SG670; Bcan4*
315 cognovimus *VD38; SG670*
316 cor] cor nostrum *V630; SG670*
317 nostrum] nostrum non *SG670*
318 adi *I83*
319 custodimus *korr. aus* custodiamus *V630; SG670*
320 eius *fehlt SG670*
321 vobis *Bcan4*
322 hoc scimus *korr. aus* hoc *VD38; Bcan4*

323 scimus *fehlt I83*
324 vobis *Bcan4*
325 *am Rande* XIII *Bcan4*
326 ad] ad imaginem et *korr. aus* ad *Bcan4*
327 creavit *korr. aus* creavit et *SG670*
328 est caritas] caritas est *SG670*
329 est *fehlt SG670*
330 *am Rande* praeclara *VD38*
331 esset *fehlt SG670*
332 et *VD38*
333 mitis mundus *korr. aus* mitis *O93*
334 *am Rande* esset *VD38*
335 quisque *fehlt V630*
336 propius *korr. aus* proprius *N442;* proprius *I83;* propinquior *VD38*
337 est ac] Si vero a *V630*
338 atque *I83; VD38; SG670; Bcan4*
339 *am Rande* habet *VD38*
340 gerit similitudinem. Si vero, quod absit, aliquis per devia vitiorum et divortia criminum ab hac nobilissima sui conditoris *fehlt V630*
341 *am Rande* errores *VD38*
342 *am Rande* separationes *VD38*
343 conditoris similitudine *korr. aus* conditoris *O93*
344 similitudinem *I83*
345 *am Rande* declinans a genere suo *VD38*
346 degenter *O93; N442;* degenerans *VD38;* devius *SG670*
347 intellexit] intellexit et *SG670*
348 quis *I83; VD38; SG670; Bcan4*
349 potuit homini esse] homini esse potuit *Bcan4*
350 conderetur *korr. aus* conderetur Quibus et conditor de quo legitur *SG670*
351 inductus *Bcan4*
352 hominis *SG670*
353 *am Rande* turpitudo *VD38*
354 dedecus *korr. aus* decus *O93*
355 inferior *SG670*
356 *am Rande* perdita *VD38*
357 *am Rande* turpem *VD38*
358 *am Rande* decidat descendat *VD38*
359 delabatur *V630; I83; SG670; Bcan4;* delabatur *korr. aus* delabitur *VD38*
360 *am Rande* nobilitatem *VD38*
361 *am Rande* honorandam *VD38*
362 imaginem *korr. aus* maginem *Bcan4*
363 quae *V630*
364 nobilitatem *SG670*
365 nobilitate morum] nobilitatem horum *I83; Bcan4*
366 *am Rande* conversationum *VD38*
367 executione *V630;* exsecratione *I83; Bcan4;* exercitacionem *VD38;* exsecratio] et sacrationem *SG670*
368 dignitate *V630; I83; Bcan4*
369 similis ei] ei similis *SG670*
370 *am Rande* recreavit restituit *VD38*
371 est, illum debet imitari, cuius ad imaginem conditus est *korr. aus* est *SG670*
372 ad *fehlt I83*
373 suam *N442; I83; VD38; SG670*
374 meliorem *V630; SG670*
375 *interlinear* invenire *VD38*
376 repperire *V630; I83; VD38; SG670*
377 suam *SG670; Bcan4*
378 Proice *korr. aus* Proicite *Bcan4*
379 curam *korr. aus* caritatem *SG670;* curam *Bcan4*
380 Omnis enim *korr. aus* Omnis *O93*
381 in *fehlt N442; I83; VD38*

382 causa *fehlt VD38*
383 in *fehlt VD38*
384 *am Rande* recidens *VD38*
385 excidens *VD38;* excidens, *am Rande* alias hesitans *Bcan4*
386 suis *korr. aus* sui *SG670*
387 pectoris *korr. aus* peccatoris *V630*
388 haberes *I83;* habes *VD38;* habere *SG670; Bcan4*
389 qui *korr. aus* quia *V630*
390 omnes] omnes homines *Bcan4*
391 nemine *O93*
392 veraciter *korr. aus* peraciter *V630*
393 *am Rande* prophetam *VD38*
394 *am Rande* imitamini *VD38*
395 estis *korr. aus* estis qui *SG670*
396 dici et *fehlt V630*
397 et *fehlt VD38*
398 *am Rande* XIIII *Bcan4*
399 *am Rande* amara *VD38*
400 vivorum *V630; SG670*
401 *am Rande* corrumpit *VD38*
402 *am Rande* De detractoribus et raptoribus *VD38*
403 fratrem suum] fratri suo *I83; SG670; Bcan4*
404 abstulerit aliquid *korr. aus* abstulerit *O93*
405 dicitq *SG670*
406 est *SG670*
407 deus *fehlt V630*
408 vero nostra] nostra vero *V630*
409 nos *fehlt I83*
410 christi *korr. aus* christo *SG670*
411 aufert] aut fert *I83*
412 conspectu *I83*
413 iusti *fehlt I83; VD38; SG670; Bcan4*
414 pecunia *I83; Bcan4*
415 *Vor* Privilegia *Rubrik* DE PEREGRINIS IUDICIIS CUM EXEMPLO LOTH, *am Rande* De privilegiis ecclesiarum et sacerdotum *V630; am Rande* XV *Bcan4*
416 *am Rande* incorrupta *VD38*
417 eius *I83; VD38; SG670; Bcan4*
418 *am Rande* statuerunt *VD38*
419 *am Rande* pergrina aliena *VD38*
420 dominus *fehlt SG670*
421 est *O93*
422 quidem *VD38;* quidam *fehlt SG670*
423 iudices] iudices nos *korr. aus* iudices *SG670*
424 enim *fehlt V630*
425 *am Rande* extraneos *VD38*
426 auctoritas *fehlt V630*
427 vos *I83;* suos *korr. aus* vos *Bcan4*
428 iudicetur *korr. aus* iudicentur *Bcan4*
429 ad *fehlt V630*
430 *interlinear* incitante *VD38*
431 *interlinear* perversitate *VD38*
432 propter via *VD38*
433 protervia suam] propter suam viam *V630*
434 a *Bcan4*
435 iudicium *korr. aus* iudicem *V630*
436 *am Rande* deducatur *VD38*
437 *am Rande* XVI *Bcan4*
438 si] si quidem *korr. aus* si qui *V630*
439 *am Rande* De iudiciis ecclesiasticis *VD38*
440 viros *fehlt V630*

441 apostolis *O93; Bcan4*
442 ad *fehlt V630*
443 ecclesias *korr. zu* ecclesiis *V630*
444 sacerdotalem *Bcan4*
445 ab his *korr. aus* nullo *V630*
446 *am Rande sustinetur VD38*
447 discerni *korr. aus* discernit *Bcan4*
448 poterint *korr. aus* potuerint *O93;* potuerint *VD38; Bcan4*
449 fuerint *V630*
450 bis] bis autem *O93;* bis aut ter *I83; SG670; Bcan4*
451 ęcclesiastico *korr. aus* ęcclesiastica *Bcan4*
452 saecularia *fehlt I83*
453 *am Rande* Quod difficiliores cause apostolica deffiniantur presentia *I83*
454 temporum *SG670*
455 ad *korr. aus* a *O93; VD38*
456 appellata *V630*
457 statuerint *N442*
458 referantur *SG670*
459 dicente] dicente ab *I83*
460 sapiunt *V630*
461 timueris *VD38*
462 aure *korr. aus* ore *V630*
463 enim *fehlt V630*
464 adversum *I83; SG670; Bcan4*
465 redigentes *korr. aus* redientes *V630*
466 Christi *VD38;* christi *korr. aus* christo *Bcan4*
467 perducente *SG670*
468 Et *SG670*
469 gratia *korr. aus* gratia et *I83*
470 *am Rande* constringimur diligimus *VD38*
471 Amplectimus *Bcan4*
472 spiritus] spiritus et *SG670*
473 *am Rande* studete *VD38*
474 *am Rande* incorrupti *VD38*
475 *am Rande* pacientiam *VD38*
476 vobis] vobis et *N442*
477 et sicut] Sicut et *SG670; Bcan4*
478 in *fehlt I83*
479 q *I83;* qui *korr. aus* que *SG670*
480 *am Rande* corrumpunt *VD38*
481 sicut et *korr. aus* sicut *Bcan4*
482 et *fehlt I83*
483 scripturas *fehlt VD38*
484 autem *fehlt V630; I83; SG670; Bcan4*
485 *am Rande* decidatis *VD38*
486 ad *I83*
487 et] et in *Bcan4*
488 nostri *fehlt O93*
489 *am Rande* decipientes *VD38*
490 ambulantes] ambulantes vias *korr. aus* ambulantes *O93*
491 impietatum] in impietate *V630;* in impietate *korr. aus* impietatum *SG670*
492 Ipsos vos] vos ipsos *I83*
493 *am Rande* repraehendite *VD38*
494 *am Rande* condempnatos *VD38*
495 salutate *SG670*
496 Aliis *korr. aus* Alios *Bcan4*
497 *am Rande* pristinam conversationem *VD38*
498 *am Rande* in gaudio *VD38*